www.e-rara.ch

# Concordantiae novae in quatuor libros de imitatione Christi, ad mentem sui auctoris ven. Ioannis Gersenis ...

Gerson, Jean

Augustae Vindelicorum, 1724

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Rm 157,2

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-26442

O.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

3. 3. 12. Pro vana re, & parva promiſſione die, noctúque fatigari non timetur.

4. 26. *Spiritus veritatis* docet *perfectos* cœlum tota die, ac nocte deſiderare.

39. 10 *Dæmon* die, noctúque graves molitur inſidias.

NOCTIBUS

1. 18. 9. *SS. Patres* noctibus orationi divinæ vacabant.

20. 31. In ſilentio anima &c. invenit fluenta lacrymarum, quibus ſingulis noctibus ſe lavet.

POST

2. 8. 36. *Poſt adverſa ſequuntur proſpera*, uti poſt noctem redit dies.

NUDITAS. in.

1. 18. 3. Amici Chriſti Domino ſervierunt &c. in frigore, & nuditate

NUMERUS

21. *SS. Patres* plus provocare nos debent ad bene proficiendum, quàm tepidorum numerus ad relaxandum.

3. 59. 2. *Divinæ* miſericordiæ non eſt numerus.

4. 3. 26. *Divinæ* Sapientiæ non eſt numerus.

NUMMISMA. pro.

3. 3. 12. Pro uno nummiſmate interdum turpiter litigatur.

NUTRIX

55. 26. *Gratia eſt* nutrix devotionis.

NUTUS. ad.

1. 25. 52. *Omnia Deo* ad nutum incunctanter deſerviunt.

3. 32. 8. Utinam &c. tui ipſius amator non eſſes, ſed ad nutum meum purè ſtares &c. tunc mihi valde placeres.

49. 32. Non audes reſiſtere altiori poteſtati ſub Domino conſtitutus, ideo durum tibi videtur, ad nutum alterius ambulare.

50. 29. Fac me, *Domine*, pium, & humilem diſcipulum &c. ut ambulem ad omnem nutum tuum.

# O.

OBEDIENTIA

1. 18. 25. Quanta reverentia, & obedientia ſub regula Magiſtri in omnibus effloruit !

24. 35. *In judicio* ampliùs exaltabitur ſimplex obedientia, quàm omnis ſæcularis aſtutia.

OBEDIENTIÆ

23. 23. Dabit magnam fiduciam feliciter moriendi &c. promptitudo obedientiæ.

3. 49. 41. *In cælo* apparebit fructus obedientiæ.

AB

13. 1. Qui ſe ſubtrahere nititur ab obedientia, ipſe ſe ſubtrahit à gratia.

IN

1. 9. Valde magnum eſt, in obedientia ſtare, ſub Prælato vivere, & ſui juris non eſſe.

18. 19. *SS. Patres* in ſimplici obedientia vivebant.

SUB

9. 3. Multi ſunt ſub obedientia magìs ex neceſſitate, quàm ex charitate.

OBJECTUM. adversùs.

3. 35. 5. Oportet te viriliter omnia pertranſire, & potenti manu uti adversùs objecta.

IN

57. 6. Attende magnam fragilitatē tuam, quam ſæpiùs experiris in modicis objectis.

OBLATIO.

4. 7. 20. Non eſt oblatio dignior &c. quàm ſeipſum purè cum oblatione Corporis Chriſti, in Miſſa &c. Deo offerre.

8. 6. Da te totum pro Deo, & erit accepta oblatio.

8. Si &c. *non* ſponte te ad voluntatem meam obtuleris, non eſt plena oblatio.

9. Igitur omnia opera tua, præcedere debet ſpontanea tui ipſius in manus Dei oblatio.

AB

5. 20. *Sacerdos* ab oratione & oblatione ſancta *non* torpeſcat, donec gratiam &c impetrare mereatur.

CUM

7. Non eſt oblatio dignior &c. quàm ſeipſum purè cum oblatione Corporis Chriſti in Miſſa &c. Deo offerre.

9. 4. Suſcipe me, *Domine*, cum hac ſancta oblatione tui pretioſi Corporis.

IN

8. 2. Debes temetipſum mihi voluntariè in oblationem puram, & ſanctam quotidie in Miſſa offerre.

9. Deſidero meipſum tibi, *Domine*, in ſpontaneam oblationem offerre.

OBLIVIO. ni.

1. 18. 12. *A SS. Patribus* etiam oblivioni tradebatur neceſſitas corporalis refectionis.

3. 32. 14. Penè oblivioni tradita videtur vera cœleſtis ſapientia.

IN

44. 5. Damnum defletur temporale &c. & ſpirituale detrimentum in oblivionem tranſit.

4. 16. 7. Verte mihi *Domine*, omnia infirma, & creata in contemptum, & oblivionem.

OBLOCUTIO. nes.

3. 35. 10. Pro amore Dei debes omnia libenter ſubire &c. oblocutiones.

OBLOCUTOR. es.

3. 1. 31. Chriſtus habuit &c. oblocutores, & tu vis omnes habere amicos?

OBSCURITAS. tes.

3. 24. 10. Iſta (*vana*) generant diſtractiones, & magnas in corde obſcuritates.

OBSEQUIUM. in.

4. 9. 3. Domine &c. offero meipſum tibi hodie in ſervum ſempiternum in obſequium, & ſacrificium laudis perpetuæ.

OBSERVANTIA. am.

1. 19. 34. Solicitè nos præparare debemus in devotis temporibus &c. atque omnem obſervantiam ſtrictiùs cuſtodire.

IN

11. 14. Si tantùm in exterioribus obſervantiis profectum religionis ponimus, citò habebit finem devotio noſtra.

OBSTACULUM. ab.

3. 26. 3. Deus meus, præſerva me &c. ab univerſis animæ obſtaculis, ne moleſtiis fractus dejiciar.

OB

4. 10. 16. Quantò citiùs vales, à præſenti gravitate te excutias: quia nihil importat diu anxia-

xiari &c. & ob quotidiana obſtacula ſe à divinis ſequeſtrare.

OCCASIO. ne.

1. 16. 17. Quantæ virtutis quisque fuerit, meliùs patet occaſione adverſitatis.

3. 27. 15. Occaſione orta, & accepta invenies, quod fugiſti.

4. 10. 2. Inimicus ſciens fructum &c. in ſacra Communione poſitum, omni modô, & occaſione nititur fideles &c. retrahere.

OCCASIONES.

1. 16. 18. Occaſiones hominem fragilem non faciunt, ſed qualis ſit, oſtendunt.

OCCASIONIBUS.

11. 2. Quomodò poteſt ille diu in pace manere, qui &c. occaſiones forinſecus quærit?

13. *Dominus* nobis certandi occaſiones procurat, ut vincamus.

OCCUPATIO. nem.

2. 1. 41. *Homo interno* non obeſt labor exterior, aut occupatio ad tempus neceſſaria.

1. 20. 3. Tales perlege materias, quæ compunctionem magis præſtant, quàm occupationem.

IN

3. 38. 1. In omni &c. occupatione externa ſis intus liber.

OCULUS

1. 1. 19. Non ſatiatur oculus viſu, nec auris impletur auditu.

25. 27. Sicut oculus tuus alios conſiderat, ſic iterum ab aliis notaris.

3. 13. 16. Pepercit tibi oculus meus, quia pretioſa fuit anima tua in conſpectu meo.

33. 8. Quantò purior fuerit intentionis oculus, tantò conſtantiùs inter diverſas itur procellas.

9. In multis caligat oculus puræ intentionis.

13. Mundandus eſt ergo intentionis oculus, ut ſit ſimplex &c.

OCULUM

1. 21. 14. Habe ſemper oculum ſuper te primùm.

OCULÔ

3. 31. 4. Quid ſimplici oculô quietius? & quid liberius nil deſiderante in terris?

33.

33. 7. *Sapiens* inconcuſſus *permanet* ſimplici intentionis oculô per varios eventus.

38. 4. *Filii Dei* tranſitoria ſiniſtrô intuentur oculô, & dextrô cœleſtia.

6. Si &c. oculô carnali *non* luſtras viſa, vel audita &c. audies non nunquam divinum reſponſum.

Oculi

1. 5. Beati oculi, qui exterioribus clauſi, interioribus ſunt intenti.

59. 20. Ad te ſunt oculi mei, in te confido, Deus meus.

4. 11. 7. In propria, & divina claritate te, *Domine*, conſpicere oculi mei ferre non poſſent.

36. Oculi *Sacerdotis* ſimplices, & pudici *ſint*, qui Chriſti Corpus ſolent intueri.

Oculorum

3. 20. 24. Trahunt ad amorem mundi, deſiderium carnis, deſiderium oculorum.

50. 37. Non me ſinas, *Domine*, ſecundùm viſionem oculorum exteriorum judicare.

Oculis

46. 19. Meum judicium &c. nunquam errat, etiamſi oculis inſipientium non rectum videatur.

50. 36. Da mihi, Domine &c. vituperare, quod oculis tuis ſordeſcit.

Oculos

1. 3. 4. Oculos habentes non videmus.

8. 8. Quandoque accidit, ut perſona ignota ex bona fama luceſcat, cujus tamen præſentia oculos intuentium offuſcat.

14. 1. Ad teipſum oculos reflecte, & aliorum facta caveas judicare.

20. 47. Leva oculos tuos ad Deum in excelſis, & ora pro peccatis tuis.

3. 44. 3. Utilius eſt oculos à rebus diſplicentibus avertere &c. quàm contentioſis ſermonibus deſervire.

59. 21. Nihil, *Domine*, in templo tuæ dignitatis inveniatur, quod oculos tuæ Majeſtatis offendat.

4. 4. 4. Illumina oculos meos ad intuendum tantum *SS. Euchariſtiæ* Myſterium.

Ab

1. 23. 2. *Homo* cùm ſublatus fuerit ab oculis, etiam citò tranſit à mente.

Ante

13. Beatus, qui horam mortis ſuæ ſemper ante oculos habet, & ad moriendum quotidie ſe diſponit.

In

18. 18. *SS. Patres* erant in oculis Dei pretioſi, & dilecti.

3. 46. 25. Sæpè in oculis meis reperitur culpabile, quod hominum judicio creditur laudabile.

50. 42. Quantum unusquisque eſt in oculis tuis, Domine, tantum eſt, & non amplius.

55. 22. Obſecro, Domine, ut inveniam gratiam in oculis tuis.

Præ

2. 5. 13. Te ſolum præ oculis habeas.

3. 36. Habe Deum præ oculis, & noli contendere verbis queruloſis.

ODIUM

20. 25. Miſeriæ ſequentes *deſideria carnis*, odium mundi pariunt, & tædium.

OFFENSA. am. as.

4. 6. 2. Si indignè me ingeſſero *in Sacram Communionem*, offenſam incurro.

3. 19. 10. Inſipiens eſt talis cogitatio, quæ &c. magìs perſonas, & offenſas ſibi illatas perpendit.

In

7. 22. Si ſcires ſemper humilis permanere, &c. non incideres tam citò in periculum, & offenſam.

OFFENSIO. nes.

4. 9. 21. Offero tibi, *Domine*, preces &c. ut nobis omnibus indulgeas peccata noſtra, & mutuas offenſiones.

10. 10. Omnes offenſiones aliis libenter indulge.

OFFICIUM

11. 32. O quàm magnum &c. eſt officium Sacerdotum, quibus datum eſt Dominum Majeſtatis verbis ſacris conſecrare!

39. Adjuvet nos gratia tua, omnipotens Deus, ut qui officium ſacerdotale ſuſcepimus, digne tibi &c. famulari valeamus.

OMISSIO.

1. 19. 10. Levis omiſſio exercitiorum vix ſine aliquo diſpendio tranſit.

ONUS

24. 4. In die judicii nemo poterit per alium excuſari, vel defendi, ſed unusquisque ſufficiens onus erit ſibi ipſi,

2. 12. 40. *Ab homine patiente* omne onus tribulationis in fiduciam divinæ conſolationis convertitur.

3. 48. 15. Onus mihi totum eſt, quidquid hic mundus offert ad ſolatium.

Onus

2. 9. 6. Quid mirum, ſi onus non ſentit, qui portatur ab omnipotente.

12. 28. Si invitè *crucem* portas, onus tibi facis, & teipſum magis gravas.

3. 5. 12. Amor &c. onus ſine onere portat, & omne amarum dulce efficit.

23. Amor onus non ſentit, labores non reputat.

18. 9. Dignum eſt, *Domine*, ut ego miſellus peccator &c. donec ipſe volueris, onus corruptibilis vitæ pro ſalute mea portem.

30. 28. Ego citò ſublevare poſſum, & omne onus in gaudium transmutare.

51. 2. Neceſſe habes interdum ob originalem corruptelam &c. onus corruptibilis vitæ etiam invitè portare.

4. 5. 11. *FactusSacerdos* non alleviâſti onus tuum, ſed arctiori jam alligatus es vinculô diſciplinæ.

Onera

1. 16. 14 Deus ſic ordinavit, ut diſcamus alter alterius onera portare.

De

3. 51. 4. Oportet ſæpè in carne de carnis onere gemere.

Sine

1. 16. 15. Nemo ſine defectu, nemo ſine onere *eſt*.

3. 5. 12. Amor &c. onus ſine onere portat.

OPE-

OPERA. am.
4. 3. 20. Dabo operam congruis temporibus divina percipere myſteria.

OPERATIO.
3. 55. 18. Tantùm eminet gratia, ut nec donum prophetiæ, nec ſignorum operatio &c. aliquid æſtimentur ſine ea.
4. 2. 22. O quàm admirabilis *eſt* operatio tua, Domine, *in SS. Eucharistia!*
4. 5. Eſt *in Sacramento Altaris* operatio tua, *Domine*, non humana potentia.

OPERATOR.
5. 6. *In SS. Altaris Sacramento* Deus principalis eſt auctor, & inviſibilis operator.

OPIS. em.
9. 18. Omnes ſibi &c. opem conſolationis, *Domine* &c. advenire ſentiant.

OPIFEX. à.
3. 38. 5. *Perfecti* omnia trahunt ad bene ſerviendum: prout ſunt &c. inſtituta à ſum̃o opifice.

OPINIO. num.
1. 3. 2. Noſtra opinio, & noſter ſenſus ſæpè nos fallunt.
14. 10. Propter diverſitatem ſenſuum, & opinionum frequenter oriuntur diſſenſiones.
3. 43. 13. Ego doceo ſine &c. confuſione opinionum?

A
1. 3. 6. Cui æternum Verbum loquitur, à multis opinionibus expeditur.

OPPROBRIUM. iũ.
3. 18. 5. Fili, ego deſcendi de cœlo pro tua ſalute &c. opprobria benignè ſuſtinui.

De
2. 1. 35. Si modicum de ardenti amore *JESU* ſapuiſſes, tunc &c. magìs de opprobrio illato gauderes.

In
1. 18. 3. Amici Chriſti Domino ſervierunt &c. in perſecutionibus & opprobriis multis.

Inter
2. 1. 29. Chriſtus fuit &c. in maxima neceſſitate à notis, & amicis inter opprobria derelictus.

OPUS
1. 15. 2. Pro utilitate indigentis bonum opus aliquando intermittendum eſt.

3. Hoc factô, *quòd bonum pro bono omittas*, bonum opus non deſtruitur, ſed in melius commutatur.

4. Sine charitate opus externum nihil prodeſt.

3. 26. 1. Opus eſt perfecti viri, nunquam ab intentione cœleſtium animum relaxare.

32. 6. Domine, *abnegare ſe* non eſt opus unius diei.

40. 19. Magnificetur, *O Deus*, opus tuum, non meum.

Opus

4. 2. 31. Quoties hoc myſterium recolis, & Chriſti Corpus accipis, toties tuæ redemptionis opus agis.

Opera

1. 24. 40. *In judicio* plus valebunt ſancta opera, quàm multa pulchra verba.

3. 14. 5. Quorum opera videbantur laudabilia, ceciderunt ad infima.

21. 32. Sunt opera tua, *Domine*, bona valde, judicia vera.

4. 18. 23. Si talia eſſent opera Dei, ut ab humana ratione caperentur, non eſſent mirabilia dicenda.

Operum

22. *Non* eſt inveſtigatio mirabilium operum *Dei* præſumenda.

Operibus

3. 55. 28. Tua me, Domine, gratia ſemper præveniat, & ſequatur, ac bonis operibus jugiter præſtet eſſe intentum.

Opera

1. 3. 16. Devotus homo opera ſua priùs intus diſponit, quæ foris agere debet.

3. 3. 30. Imple cor meum, *Domine*, gratiâ tuâ, qui non vis eſſe vacua opera tua.

4. 21. Noli diſcutere opera Altiſſimi, ſed tuas iniquitates perſcrutare.

7. 6. *In deſolatione* opera tua ex uſu facienda *non* omnino dilabi permittas.

31. 17. Poſt modicam recollectionem foras erumpimus nec opera noſtra diſtricta examinatione trutinamus.

52. 5. Miſericors DEUS, non vis perire opera tua ad oſtendendum divitias bonitatis tuæ.

4. 8. 9. Omnia opera tua præcedere debet ſpontanea tui ipſius in manus Dei oblatio.

Ad

1. 25. 14. *Perfectus inquirit, quæ ſit* voluntas Dei beneplacens, & perfecta ad omne opus bonum.

4. 5. 8. Cum timore, & reverentia ad hoc opus (*SS. Altaris Sacramentum*) eſt accedendum.

3. 51. 5. Expedit tibi ad humilia, & exteriora opera confugere.

De

1. 7. 10. Non ſuperbias de operibus tuis, quia aliter ſunt judicia Dei, quàm hominum.

In

19. 19. Veſpere diſcute mores tuos, qualis fuiſti, in verbo, opere &c.

25. 44. Turpe eſſet, ut tu deberes in tam Sancto opere (*quale eſt quodvis in monaſterio*) pigritare.

3. 14. Purus, ſimplex, & ſtabilis ſpiritus in multis operibus non diſſipatur.

Propter

3. 4. 8. Nunquam reputes te aliquid eſſe propter opera bona.

Secundùm

36. 15. Ad me reſpice in cœlum, qui potens ſum &c. unicuique reddere ſecundùm opera ſua

ORATIO. nis.

1. 18. 23. O quanta devotio orationis *in SS. Patribus* viguit!

2. 9. 28. *Homo patiens in adverſis* inſtantiùs Dominum rogat &c. denique orationis ſuæ fructum reportat, & ſe exauditum teſtatur.

3. 7. 6. *In deſolatione* ab orationis ſtudio non torpeas.

38. 8. Moyſes fugit ad orationis adjutorium pro periculis &c. hominum ſublevandis.

4. 15. 4. Deus dat quandoque in fine, quod in principio orationis diſtulit dare.

Orationi

1. 18. 10. *SS. Patres* per diem laborabant, & noctibus orationi divinæ vacabant.

4. 12. 13. Si aridum te ſentis, inſiſte orationi.

ORATIONEM

3.48.40. Beatus &c. qui naturæ vim facit &c. ut ſerenatâ conſcientiâ puram tibi, *Domine* orationem offerat.

59.22. Exaudi orationem pauperis ſervi tui, longè exulantis in regione umbræ mortis.

ORATIONE

12.24. Inſtigabit, & exacerbabit te ſerpens antiquus, ſed oratione fugabitur.

ORATIONES

1.18.7. *SS. Patres* quàm fervidas orationes Deo obtulerunt!

25.42. Religioſi &c. rarò exeunt &c. orationes prolongant.

4.9.17. Offero tibi, *Domine*, omnia pia deſideria devotorum &c. qui orationes, & Miſſas pro ſe &c. dici deſideraverunt

AB

1.18.10. *SS. Patres* noctibus orationi divinæ vacabant, quamquàm laborando ab oratione mentali minimè ceſſarent.

3.6.17. *Dæmon* multas malas cogitationes ingerit, ut &c. ab oratione te revocet.

4.5.20. *Sacerdos* ab oratione, & oblatione Sancta *non* torpeſcat, donec gratiam, & miſericordiam impetrare mereatur.

AD

3.30.2. Hoc eſt, quod maximè conſolationem impedit cœleſtem, quia tardiùs te convertis ad orationem.

IN

1.25.9. Quidam in Eccleſia ante quoddam altare ſe in oratione *proſternens*, hæc intra ſe revolvit &c.

3.48.26. Ignoſce mihi, & indulge, *Domine*, quoties præter te aliud in oratione revolvo.

4.17.12. Omnium devotorum jubilationes &c. tibi offero pro me, & omnibus mihi in oratione commendatis.

1.13.3. Unuſquiſque deberet &c. vigilare in orationibus, ne diabolus locum inveniret decipiendi.

18. Amici Chriſti Domino ſervierunt &c. in orationibus, & medita-

tationibus ſanctis.
3.24.12. Eſto providus, & vigila in orationibus.
PER
4.3.16. Neceſſarium mihi eſt &c. ut per frequentes orationes, & confeſſiones &c. me renovem.
SUPER
1.24.38. *In judicio* magìs conſolaberis ſuper devota oratione, quàm ſuper delicata comeſtione
ORBIS. per.
4.1.57. In multis locis offertur Chriſtus, ut tantò major appareat gratia &c. quantò latiùs eſt ſacra Communio diffuſa per orbem.

ORDINATIO. nis. nem.
1.13.30. Nonnulli ſatìs leniter tentantur ſecundùm divinæ ordinationis ſapientiam.
3.39.2. Expecta ordinationem meam, & ſenties inde profectum.
49.12. Si rectè judicas, meam ordinationem tuo deſiderio &c. præferre debes.
ORDO. ſecundùm.
1.13.9. Non eſt aliquis Ordo tam ſanctus &c. ubi non ſint tentationes, vel adverſitates.
3.27.21. Da mihi, Domine cœleſtem ſapientiam, ut diſcam &c. cætera ſecundùm ordinem ſapientiæ tuæ, prout ſunt, intelligere.
ORGANUM. a.
4.1.37. Rex David fecit diverſi generis organa.
ORIGO. ini.
2.10.10. Non poſſunt in nobis dona gratiæ fluere, quia ingrati ſumus auctori, nec totum refundimus fontali origini.
AD
3.9.5. Ad me, tanquam ad ſuam originem, cuncta ſunt reducenda.
ORNATUS
4.3.25. Sileant à facie tua (dulciſſime dilecte mi) cœlum, & terra, & omnis ornatus eorum.

ORTUS. ûs.
3.18.3. Ab hora ortûs mei, uſque ad exitum in cruce non defuit mihi tolerantia doloris.
ORTUM
54.31. Gratia &c. nec locum,

cum, nec ortum natalium reputat.

De

30. Natura &c. gloriatur de nobili loco, & ortu generis.

OS

21. 19. O JEſu &c. apud te eſt os meum, & ſilentium meum loquitur tibi.

33. O Patris Sapientia, te laudet, & benedicat os meum!

4. 11. 34. O quàm purum os erit Sacerdotis, ad quem toties ingreditur Auctor puritatis!

Oris

1. 10. 13. Negligentia profectûs noſtri multùm facit ad incuſtodiam oris noſtri.

3. 2. 3. Inclina cor meum, *Domine*, in verba oris tui.

4. 1. 59. Gratias tibi, JESU bone, qui nos pauperes dignatus es &c. ad hæc myſteria percipienda proprii oris alloquiô invitare.

Ori

3. 57. 17. Domine, benedictum ſit verbum tuum, dulce ſuper mel & favum ori meo.

Os

1. 24. 29. *In judicio* omnis iniquitas oppilabit os ſuum.

3. 38. 10. Filii Iſraël à Gabaonitis leguntur decepti: quia os Domini priùs non interrogaverunt.

52. 14. Non habeo os loquendi, niſi hoc tantùm verbum: peccavi, Domine, peccavi.

4. 4. 23. Si mihi non licet haurire de plenitudine fontis &c. apponam tamen os meum ad foramen cœleſtis fiſtulæ.

Ore

1. 25. 45. O ſi nihil aliud faciendum incumberet, niſi Dominum Deum noſtrum toto corde, & ore laudare &c. tunc multò felicior eſſes, quàm modò cùm carni &c. ſervis.

3. 5. 31. Dilata me, *Domine*, in amore, ut diſcam interiori cordis ore deguſtare, quàm ſuave ſit amare.

4. 1. 38. Rex David docuit populum Iſraël toto corde Deum laudáre, & ore benedicere.

11. 32. O quàm magnum &c. eſt officium Sacerdotum, quibus datum eſt Dominum Majeſtatis &c. ore proprio ſumere!

14. 6. Multi devoti ore cordis, & corporis ad te, Domine, Deum fontem vivum medullitùs inhiabant.

CONTRA

3. 36. 8. *S. Paulus* contra ora loquentium iniqua &c. ſe defendit.

DE

1. 2. Beata anima, quæ Dominum in ſe loquentem audit, & de ore ejus conſolationis verbum accipit.

EX

57. 9. *Non* patiaris aliquid inordinatum ex ore tuo prodire.

4. 1. Libenter ſuſcipio *verba tua* ex ore tuo, *Domine*, ut arctiùs inſerantur cordi meo.

11. 35. Ex ore Sacerdotis nihil niſi ſanctum &c. procedere debet.

IN

3. 45. 28. Verbum verum, & ſtabile da, *Domine*, in os meum, & linguam callidam fac à me.

2. 6. 13. Bonorum gloria *eſt* in conſcientiis eorum, & non in ore hominum.

3. 4. 23. Quidam habent me in ore, ſed modicum eſt in corde.

28. 5. Non ſit pax tua in ore hominum.

49. 26. Erunt alii magni in ore hominum, de te autem tacebitur.

TENUS

32. 15. *Cæleſtem ſapientiam* multi oretenus prædicant; ſed vitâ longè diſſentiunt.

OS. oſſa.

14. 1. Intonas ſuper me judicia tua, Domine, & timore, ac tremore concutis omnia oſſa mea.

4. 1. 40. Multi oſculantur ſericis, & auro involuta Sacra oſſa *Sanctorum*.

OSCULUM. in.

9. 7. Domine, offero tibi omnia peccata mea, ut tu omnia incendas &c. & reſtituas mihi gratiam tuam &c. in oſculum pacis me aſſumendo.

3. 52. 18. Occurrunt ſibi mutuò in oſculo ſancto Deus, & pœnitens anima.

OSTENTATIO. nem.

54. 41. *Gratia* docet vanam complacentiam, & oſtentationem devitare

OSTIUM. ia.

1. 13. 23. Faciliùs hoſtis vincitur, ſi oſtium mentis nullatenus intrare ſinitur.

20. 49. Claude ſuper te oſtium tuum, & voca ad te JESUM dilectum tuum.

3. 24. 11. Libenter loquerer tibi verbum meum &c. ſi oſtium cordis mihi aperires.

1. 8. Anima mea claude ſenſualitatis oſtia, ut poſſis audire, quid in te loquatur Dominus Deus tuus.

OTIUM. ad.

54. 15. Natura otium amat, & quietem corporalem.

30. 33. *Apoſtolos* miſi non ad otium, ſed ad labores.

# P.

PALATIUM

1. 24. 33. *In judicio* plus laudabitur pauperculum domicilium, quàm deauratum palatium.

PALLIUM

3. 49. 40. *In cœlo* reddam pallium laudis pro mœrore.

PALMA. ad.

1. 25. 7. Spem bonam retinere debes, quòd ad palmam pervenies.

3. 35. 4. Si non ponis cor tuum fixè in me &c. non poteris &c. ad palmam pertingere beatorum.

PANIS

4. 1. 2. Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

11. 25. Sacramentum tuum, *Domine*, *eſt* panis vitæ.

PANIS

2. 11. 4. Multi JEſum ſequuntur uſque ad fractionem panis; ſed pauci uſque ad bibendum calicem paſſionis.

4. 2. 25. Mira res &c. quòd tu, Domine Deus meus &c. ſub modica ſpecie panis, & vini integer contineris.

14. 7. *Homines vivæ fidei* veraciter cognoſcunt Dominum ſuum in fractione panis.

PANEM

3. 14. 6. Qui comedebant panem Angelorum, vidi ſiliquis delectari porcorum.


4.